Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



dicunt quod in introitu absorbeatur quod utrumque est bene credendum
Sed tamen videtur mihi magis quod a terra absorbeatur nam
iordanis alii ex aquis pluvialibus undique de
montibus venientibus tam magnus efficitur quod impossibile
esset tantas aquas ipsum mare intrare posse et non
tantum inundare quod omnia circa loca submergeret Distat
fluvius iordanis ab ortu usque ad finem circa xxv
miliaria huius patrie Super fluvium iordanis sunt
quam plurima grecorum et scismaticorum monasteria et he
remitoria gratiosa Iuxta eundem fluvium innumerabilia
cernuntur animalia silvestria pura et magna omni vespere
se adaquantia et specialiter leones vulpes caprioli cervi
lepores et apri silvestres et huiusmodi animalia que
iuxta homines incedunt et animalia domestica In
eodem loco temporibus meis transcripam iordanis leo
assidue esse solebat et homines transeuntes inspexit
et cauda blandiens more canis et non fuit nec
de die alicui aliquod dampnum intulit Camen quidam
sagittarius nec volens eum terrere et irritare sagittam
emisit leo se directe contra sagittam erexit quam
sagittam ore et pedibus capere desiderabat et post
modum in hoc loco non est visus sed quam plurima dam
na intulit hominibus et iumentis De aliis animalibus
silvestribus tot sunt in eodem loco quod villani ipsa
ut pecora ad forum ducunt Ad cumulos iordanis